



Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. LI. De Qvodam nobili Viro, qvi receptus fuit ad ordinem Domus
Teutonicae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Conradus Landgr. Thur. V. Mag. Gen. Ord. Teut.
Popo de Osterna II. Magister Provincialis in Prussia.*

CAP. L.

Item de eodem.

Fratres de Elbingo qui adventum istarum navium diu cum magnō tādio & defectu expectaverant, instructi de statu terrae Colmensis, naves cum suis initii remiserunt, quæ dum venirent, circa castrum Svvetzam, Svvantepolcus cum multis armigeris & X. navibus iterum invasit eos. Capitaneus vero dicti Duci fratem Fridericum de Wida qui aliis præfuit est aggressus, & maxillam ejus lancea perforavit, sed frater Fridericus ex adverso se opponens ipsum interfecit. In navis civium de Elbingo, quæ cum impetu veniens stetit immobilis super arena, occisi fuerunt duo fratres; Sed frater Fridericus superveniens alios liberavit & in suam navem locavit, sic quod duobus fratribus & III. viris & de parte adversa XX. interfectis alii evaserunt.

CAP. LI.

*De**Qvodam nobili Viro, qui receptus fuit
ad ordinem Domus Teutonicae.*

Non longe postea deficientibus victualibus in castris, Fratres cum familia sua jam penè media consumpti clamaverunt pro auxilio ad Dominum, qui pia semper gestat viscera super affictos. Unde cujusdam nobilis (a) viri de Cracovia ad religionis ingressum animum inclinavit, qui tres magnas naves vieno & medone seu mellicrato, & aliis quæ ad victum sunt necessaria replens & CCC. boves & vaccas, & alia multa jumenta præmisit ad castrum Thorun, seqvutusque cum magna reverentia

est

P A R S T E R T I A

*Conradus Landgr. Thur. V. Mag. Gen. Ord. Teutonici.
Popo de Osterna II. Mag. Provinc. in Prussia.*

*est receptus & Ordinis Domus Teutonicæ suscepit (b) habitum
regularēm & fratres de magnis angustiis liberavit.*

A N I M A D V E R S I O N E S .

A D C A P . L I .

(a) Nobilem hunc Virum de Cracovia, ne memoria ejus pereat, nominant quædam Chronica, sed recentiora. Et quidem in Bibliotheca Wallenrodiana primum Chronicon dicit, nomen ejus fuisse, Johannes Szandemjeski secundum autem forsitan correctius, Johannes Sandomirski. Hunc Joannem Hennebergerus dicit condidisse oppidum Bretchem, quod Poloni vocant Bratizan, i. e. frater Joannes, quia Joannes hic factus erat Frater Ordinis Teutonici. Vid. Henneberg, *in Comment. ad Tab. Geogr. Pruss. tit. Bretchem.*

(b) Ordinariè tantum in Ordinem hunc admittebantur Nobiles Germani, sed extra ordinem admissi etiam sunt Poloni & Prussi Nobiles, ob magna in Ordinem Teutonicum merita, ut alibi uberiorius demonstrabitur.

C A P . L I I .

*De**Victoria in qua Fratres mille & quin-
gentos Pomeranos occiderunt.*

F Rater Popo Magister præmissis exploratoribus, qui diligenter respicerent quid ageret Svantepolcus cum suo & Ducis Casemiri exercitu convenit juxta castrum (a) Wischerot, ibique castra metati sunt exploratores reversi dixerunt, quod Svantepolcus cum magna potentia exercitus sui staret circa castrum Sveczam & firmaret illum. Consultum ergo videbatur omnibus, ut invaderent eum ibi, præmissaque sunt de Colmine X. vii eqvites, qui exercitum inimicorum inquietarent, qui de XX. viris